Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

24.

Consilium autem dni in eternum manet: cogitationes cordis eius in generatione et generationem.
Beata gens cuius est dns deus eius: populus quem elegit in hereditatem sibi. De celo respexit dns: vidit omnes filios hominum.
De paratho habitaculo suo: respexit super omnes qui habitant terram. Qui finxit singillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum. Non saluatur rex per multam virtutem: et gigas non saluabitur in multitudine virtutis sue. Fallax equus ad salutem: in habundancia autem virtutis sue non saluabitur. Ecce oculi dni super metuentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius. Ut eruat a morte animas eorum: et alat eos in fame. Anima nra sustinet dnm: quoniam adiutor et protector nr est. Quia in eo letabitur cor nrm: et in nomine sancto eius speramus. Fiat misericordia tua dne super nos quemadmodum in te speramus. Psalm
Benedicam dnm in omni tempore: semper laus eius in ore meo. In dno laudabitur anima mea: audiant mansueti et letentur. Magnificate dnm mecum: et ex